

num | milium n. manes | meos cola[t]is. Hoc | u[t] ita faciatis, fidei | vestrae committo.

*Sassinae (XI 6520 vidit Bormann).* — 1) *Ad eosdem homines pertinet XI 6521. Aliam inscriptionem Sassinatem dabo infra in capite sepulchralium.*

**6648** C. Clodieno C. fil. Stell. Sereno Vesnio Dextro<sup>1</sup> equiti Romano, patron. et pontif. Urvinat. Mat.<sup>2</sup>, patrono et curatori rei p. Forocornel., optimo iustissimo, splendidissimus ordo Forocornel. ob merita eius, quod industria sua statum reip. auxerit, [tam] sing. quam civis in n[iv.]...<sup>3</sup>

*Urbini, ubi fuit Urvinum Mataurense, cf. not. 2 (XI 6064 bis ut videtur descripta saec. XV exaunte; versuum divisio incerta).* — 1) *Eiusdem hominis est titulus XI 6060.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 3, 114: Urbanates cognomine Metaurenses et alii Hortenses. Metaurenses illi dicti quod ager eorum Mataurum tangebant, cf. C. I. L. XI p. 894. De Hortensibus cf. ad N. 6619<sup>b</sup>.* — 3) *Deesse aliquid non traditur.*

**6649** Sex. Abulenio L. f. | Stel., centur. leg. XIX<sup>1</sup>, | Xvir.<sup>2</sup>, aedil. et III|vir. i. d.

*Prope Urbinum, deinde Pisauri (XI 6056 vidit Bormann).* — 1) *Cf. supra N. 2269 not. 1. Titulus est aetatis Augusti.* — 2) *Decemviri etiam in aliis titulis Urvinatibus XI 6061<sup>a</sup>. 6063.*

*Alios titulos Urvinates habes supra N. 2743. 5782.*

**6650** d. m. | C. Avidio C. f. | Naevidiano | Ilviro qq., | auguri Suasae, | patri pientissimo. | Et tu — et tibi.

*Suasae rep. (XI 6169 bis ut videtur descripta).*

*Alios titulos Suasae repertos habes supra N. 967. 5673.*

**6651** L. Titulenus L. l. | Tertius oriundus Iulia Fano | Fortunae, sexvir. | L. Titulenus Tituleni l. | Ursio, annorum XII.

**6652** C. Vergisius C. l. | Pamphilus | sexvir Fanestriu. | ex testamento.

*Fani Fortunae (Fano) (XI 6238. 6240 vidit Bormann).*

**6653** L. Statórius  $\text{C}$  l. Auctus mag. vici bis; | Fundania C. f. Maxima uxor, | vivi fecerunt sibi. | In fr. p. XIII | in ag. p. XIII<sup>1</sup>.

*Fani (XI 6237 vidit Bormann).* — 1) *Haec distributa in quattuor angulos lapidis.*

*Alios titulos Fanestres dedi N. 404. 706. 5679, agri Fanestris N. 5540. 5826. 5827.*

**6654** L. Apuleio | Brasidae | habenti IIII lib. ius<sup>1</sup> | dat. ab imp. . . . | . . . . .<sup>2</sup> Aug., | VVir. Aug., ornament. | decurional. honor. | et Aug. mun. Ael. Karn.<sup>3</sup>, | colleg. fabr. | patrono et quinq., | ob eximiam eius erga | se liberalitatem. | Cuius dedicatione cum | collega singulis HS n. L | adiecto pane et vin. ded. | L. d. d. d.

*Pisauri (XI 6338 vidit Bormann).* — 1) *Quattuor liberorum iure feminae libertini generis tutela patronorum liberabantur, ita ut testamenti faciendi liberam*